



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCCLI. ad annum CCCCLXXV.

**Parisiis, 1644**

IV. Vt ea quæ illicite episcopus, vel decessor eius ordinavit, ab eo qui superest, emendentur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14887**

ANNO  
CHRISTI  
465.

## III.

Inscii quoque literarum, nec non & aliqua membrorum damna perpeffi, & hi qui ex pœnitentibus sunt, ad sacros ordines aspirare non audeant. Quisquis talium consecrator extiterit, factum suum ipse dissoluet.

Dist. 55.  
cap. pœnitentes vel  
infcii.

## IV.

Sed & quod quis commisit illicite, aut a decessoribus suis inuenit admissum, si proprium periculum vult vitare, damnabit: nos enim in nullo volumus seueritatem ultionis exercere. Sed qui in causis Dei vel contumacia, vel in aliquo excessu deliquerit, aut ipse quod perperam fecit, abolere noluerit: in se, quidquid in alio non refecarit, inueniet. Quod ut deinceps possit tenacius custodiri, si placet, sententias, causas & subscriptiones proprias omnes commendate, ut synodali iudicio auditus claudatur\* illicitis. Ab vniuersis episcopis & presbyteris acclamatum est: Exaudi Christe, Hilario vita: dictum est sexies. Hæc & confirmamus, & hæc docemus: dictum est octies. Hæc tenenda sunt, hæc seruanda sunt: dictum est quinques. Doctrinæ vestræ gratias agimus: dictum est decies. Ista ut in perpetuum seruentur, rogamus: dictum est quindecies. Ista per sanctum Petrum, ut in perpetuum seruentur, optamus: dictum est octies. Hæc præsumptio nunquam fiat: dictum est decies. Qui hæc violauerit, in se inueniet: dictum est septies. Et facto silentio, Hilarius episcopus dixit.

\* alio

\* illicitus.

## V.

Præterea fratres, noua & inaudita (sicut ad nos

Rrr iij